

## DE REBUS METALL.

iecit Thales: in desertis locis eo se ex-  
oneravit Aristippus: è sua vrbe Plato  
id exegit legibus: tangere nisi in sacris  
noluerunt monachi Franciscani. A  
forma huius metalli, quicquid Græci  
volunt pulchrum haberi, id aureum  
dicunt, vt ait Homeri interpres. Vnde  
à pulchritudine Venus aurea: ab eius-  
dem præstantia χρυσία ὑγία Pindaro:  
aurea mediocritas Horatio. Luna  
item ab aureo curru, χρυσάριματ & ei-  
dem Pindaro: & Amphitrite ab aurea  
colo χρυσήλατος: & Bacchus ab orna-  
mēto capitis à Sophocle χρυσόμιτρας.  
Iouem nixisse auro in regiam Acrisij  
est apud Pindarum & Terētium. No-  
stri homines vulgò loquūtur, Artem  
quamuis solum seu fundamentum ha-  
bere auri: quia nemo eget, qui eā exer-  
cere nouit, atq; vult exercere. Aurea  
secula sub Saturno fuisse, constanter  
poëtæ scribunt. Eloquētiam χρυσου  
γάλα, hoc est, lac aureum vocat Nice-  
phorus. Aurea vrna Traiani impera-  
toris